



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Liber X^{IIII}.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIEN

*sis Episcopi, de Crapula & Ebrietate,
Decretorum Liber XIII.*

ARGUMENTVM LIBRI.

Libro hoc de detestandis vitiis, Crapula, & Ebrietate tractatio instituitur, quæque iis qui hisce vitiis implicantur pena iniungenda sit, docetur.

Quod crapula multum sit Christianis contraria. Cap. I.

Ihil sic contrarium est homini Christiano Ex dictis
quomodo crapula & ebrietas, sicut ait domini Benediceti

N nus in Euanglio: Videte ne grauentur corda
vestra in crapula & ebrietate.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. Cap. II.

M Agnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. Eutychia
Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandū esse de. pa.ca.9.
creuimus, vsque ad congruam emendationem.

*Quod episcopi & eorum ministri, crapula & ebrietate
non debeant grauari. Cap. III.*

E Piscopi & Dei ministri nō debent cōmissionibus, & Ex decr.
Ex vincentiis nimis incombere, sed considerent senten- eiusdem.
tiam domini dicentis: Attendite ne grauetur corda vestra cap. 9.
in crapula, & ebrietate. Moderate enim cibū & necessarium
lumperum, suauant, vt iuxta Apostolum sobrij sint, & parati
ad seruitium domini.

De eadem re. Cap. IIII.

V T sobrietatem sacerdotes teneat, & hanc habendam Ex cōcil.
fidelibus prædicent: quia non potest liberè sobrietate Cabillon,
prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis in- cap. 10.
gorgitat. Hoc & de cōmissionibus, & ceteris pestibus
ad gastrimargiam pertinentibus, obseruandum est.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

De eadem re. Cap. V.

Ex cano. **E**piscopus, presbyter, aut diaconus aleæ atque ebrietatis deseruiens, aut definat, aut certè dannetur. Subdiacrum titulus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut definat, 42. communione priuctur, Similiter etiam laicus.

De eadem re. Cap. VI.

Ex eodē. **S**i quis episcopus, aut aliquis ordinatus in consuetudine cap. 43. ebriosus fuerit, aut definat, aut deponatur.

Quales coniuia sacerdotum epulis interesse debeant.

Caput VII.

Ex decr. **O**portet episcopum moderatis epulis contentum esse. *Euseby* suosque coniuias ad comedendum, & potandum non p̄a. ca. 10 vrgere, quin potius semper sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius coniuio cuncta turpidinis argumenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquium, fatuorum stultiloquia, nō scurrilium admittatur præfatio. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles, quide sacerdoti mensa Christum benedicentes benedictionem percipiunt. Recitetur sacra lectio, subsequatur viua vocis exhortatio, vt non tantum corporali cibo, immo verbis spiritalis alimento conuiuantes se refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum dominum nostrum.

De eadem re. Cap. VIII.

Ex pœnitentiali **S**acerdos quilibet si inebrietur per ignorantiam, sepe dies pœnitentiat, in pane & aqua: si per negligentiam, XV dies: si per contemptum XL. dies. Diaconus vel monachus secundum ordinem, vt scriptum est, seu & reliqui clerici, ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis pœnitentiant. Lai velut vota non habentes si inebriantur, arguantur à sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt, & interitus sit ebrietas; & compellat eos pœnitere. Qui copi hominem vt inebrietur humanitatis gratia, accerrime cōtripiatur, & VII. dies pœnitentiat: si per contemptum, XXX dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibet, gat, quam naturæ sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id quod in pœnitentiali habetur, pœnitentiat.

De eadem re. Cap. IX.

Ex dictis Fructuosi **S**i quis Ecclesiastica prædictus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane & aqua tribus pœnitentiisbus.

De eadem re. Cap. X.

Obseruandum est vobis, vt & vos ab ebrietate abstineatis, & vt plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et Eutychius per tabernaculæ eatis bibendo, aut comedendo, neque chia padomos, aut vicos curiositate qualibet peragretis, neq; cū pæca. 13. feminis, aut cum quibuslibet personis impuris conuiuia exerceatis, nisi fortè paterfamilias quilibet vos ad domum suam inuitauerit, & cum cōiuge sua, & prole velit vobis sum spirituali gaudio lætari, & verborum vestrorum refractionem accipere, & vobis refractionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt si quādō quilibet fideliū, carnalibus vos reficit epulis, a vobis resiciatur episitualibus.

Qui ebrius fuerit, ut ordo patitur, pœnitentiat.

Caput XI.

ITaque eum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spacio à communione statuimus submouendum, aut corporali dandum supplicio.

Quod vino inebriari non liceat, sed fugiendum sit.

Caput XII.

Fygē vinum velut venenum, ne ebrietas superet te, ex dictis poliatumque virtutibus te nudū efficiat. Vinum enim, Augustinus sancta scriptura dicit, apostare facit etiam sapientes. Attende Noe virum sapientem, & sanctum, quomodo per ebrietatem nudatus est, dormiens. Attende, & Loth patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus. Hinc beatus Basilius dicit: Multa per vinum à demonibus capti sunt: nec est aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon. Hinc propheta ait: Fornicatio & ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbatione patit, gignit mentis furorem, & flammat suscitat libidinis. Apostolo teste, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Si quis autem contra hæc fecerit sanctorum statuta, dignam ac longam agat pœnitentiam: quia vnu est ex his peccatis, quæ hominem à regno Dei separat, dicente apostolo Paulo: Neque ebrios regnum Dei possidebunt.

De illis qui per ebrietatem vomitum faciunt.

Caput XIII.

FF

D.BVRCHARD. EPIS. VVORMA

Ex pœni-
tentiali
Romano.

Q VI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter
diacon⁹ est, XL. dies pœnitentia. Si monachus XXX.
dies pœnitentia, si clericus, XX. dies, si laicus, XV.
dies.

Ex pœni-
tentiali Be-
da pres-
byteri.

De eadem re. Cap. XIII.
Aicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies à ca-
da & vino, & cœruiſia abstineat.

De illis qui per superbiam alios inebriat. Cap. XVI.

Ex eodē. S I quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies
pœnitentia. Quod si in consuetudine habuerit, commu-
nione priuetur, donec dignè pœnitentia, & emendatio
promittat.

Quod fugienda sit ebrietas. Cap. XVI.

Ex decr. E Brietatem oppido prohibebat propheta, & ebro
Clemētis corpore, & animo mortuos esse prædicabat. De quin
pap. cap. 35. per exemplum aiebat: Vx qui consurgitis mane ad ebrie-
tatem seständam, & potandum usque ad vesperam, vir-
no æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, &
num in conuiuiis vestris, & opus domini nō respiciti,
opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vx qui pe-
tes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendi
ebrietatem, qui iustificatis impium pro munib⁹, &
stitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat
pulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radice-
rum quasi fauilla erit, & germen eorum, ut puluis ascēda.
Abiecerunt enim legem domini exercitum, & eloquii
sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domi-
ni in populo suo, & extendit manum suam super eum,
percussit eum, conturbati sunt montes, & facta sunt ma-
ticina eorum, quasi stercus in medio platearum. In omni-
bus his non est aduersus furor eius, sed adhuc manus extensa.

Item de ebrietate. Cap. XVII.

Sanctus Isidorus dicit. E Scæ crupulam, potus ebrietatem, generant. Ebrie-
tatem perturbationem gignit mentis, furorem or-
dis, flammarum libidinis. Ebrietas ita mētem alienat, ut
sit, nesciat. Vnde etiā malum non sentitur, quod per ebri-

tatem committitur. Verum est, quod iuxta prophetam dicitur: Fornicatio & ebrietas auferet cor. Fornicatio enim, sicut ait Salomon, infatuat sapientem. Ebrietas, sicut in Loth sensus rationem captiuat. Vnde & in Proverbiis: Potentes, inquit, qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne quum biberint, obliuiscantur sapientiam. Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari. Audiant hi aduersum se dicentem prophetam: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vino multo deditos, & luxuriosè viuentes, Esaias sic arguit, dicens: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem festinam, & potandum usq; ad vesperam, ut vino astuetis. De talibus, & alio loco dicitur: Vae tibi ciuitas, cuius rex iuuenis est, & cuius principes mane comedent. Multi enim à mane usque ad solis occubitum, ebrietati & gulæ voluptatibus seruiunt, nec intelligunt cur nati sunt: sed cōfuerūdine beluina detenti, luxuriae tantum tota die, epulisque inseruiunt. Clamat Iohannes propheta, his qui ebrietati deseruiunt, dicens: Expercisci mini ebrii, & flete, & vulgate, omnes qui bibitis vinum in dulcedinem. Quo testimonio, non ait tantum, flete omnes qui bibitis vinum, ut bibere omnino non licet, sed adiecit in dulcedinem, quod ad voluptuosam pertinet, & prodigam effusionem. Nam quantum sat is est necessitati edocet Timotheum bibere Apostolus dicens: Vino modico utere. Non solum ex vino inebriantur homines, sed etiā ex ceteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vnde & Nazarens, qui se sanctificabant domino præceptum est, vinum & siceram non bibere? utraque enim statum mentis euertunt, & ebriosos faciunt. Luxuriam quippe carnis utraque equaliter gignunt. Quidam continent, sicut panem cum pondere ædunt, ita & aquam cum mensura sumunt, asserentes ad castimoniæ carnis, etiam abstinentiam conuenire.

FINIS Libri decimi quarti.

FF ii hominis illa